



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Iohanni Illvstri Anglorum Regi, ejusque de sua uxore liberis heredibus in
perpetuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

810 Epistolarum Innocentij III.

habens, sic in rebelles & induratos severitatem exerceat quod benignitatem exhibeat erga humiles & correctos, ejus exemplo qui vinum superinfusit & oleum vulneribus fauciati. Gaudemus autem in Domino & in potentia virtutis ipsius quod adeo tibi nostra medicamina profecerunt ut tua per illa sanasse vulnera videamur, & qui medico fuisti molestus cum asperita tem medicaminis sentiebas, jam gratius existis ex quocepisti gratiam sanitatis. Planè gratus, quia ut perfectè satisfaceres de commissis, te ipsum & tua Deo & Ecclesiæ obtulisti. Et ecce, quite jam quasi de jecerat, subito te erexit, humiliando sublimem, & humilem sublimando: quinetiam adeo te firmavit, super illam petram stabiliens pedes tuos de qua ipsa veritas inquit ad Petrum, *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversari eam, quod si non retraxeris pedes ab illa, nullum oportebit te casum aliquatenus formidare.* Venientes igitur ad apostolicam sedem venerabilem fratrem nostrum Iohannem Noruicensem Episcopum, & dilectos filios H. Abbatem Belli loci & fratrem A. Martel, & nobiles viros H. de Bova & P. de Maulay nuntios tuos paterna benignitate suscepimus, & petitiones tuas per ipsos nobis prudenter expositas, quantum cum honestate potuimus, curavimus exaudire, firmum gerentes in voto propositum ea semper efficere quæ ad tuam commodum & honorem debeant pervenire; cùm pro certo speremus quod & tu in devotione ac obedientia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri tue non solum persistere sed & proficere pura intentione studebis, quod utique tibi & spiritualiter & temporaliter ad magnum proficiet incrementum. Serenitatem itaque regiam rogamus attenius & monemus quatenus sanctam Ecclesiam sponsam Christi semper in regno tuo studeas honorare, faciens eam debita libertate gaudere, ut verè specialis Ecclesiæ filius comproberis, quia tunc tibi regalis dignitas integra conservabitur cùm ecclesiasticam libertatem integrum conservabis, diligenter attendens quod Principes illi penè penitus defecerunt qui ecclesiasticam presumserunt infringere libertatem, iij verò semper de bono profecerunt in melius qui jura studuerunt ecclesiastica confore. Illud autem tua regali prudentiae consulimus ad cautelam, ut cum Archiepiscopis & Episcopis regni tui contentiosè non agas, maximè super negotiis spiritua-

libus & ecclesiastico jure, cùm ad nos possis habere recursum, per quos multa poteris honestè perficere quæ honestè non posles efficere per te ipsum; pro certo confidens quod nos petitiones & preces tuas, quantum honestas permiserit, intendimus efficaciter exaudire. Quid denique prædictis nuntiis responderimus super tua non excommunicanda persona neque tua interdicenda Capella nisi de mandato sedis apostolicæ speciali, alisque nonnullis de quibus cum eis studiosè contulimus, ipsi, tamquam viri providi & fideles, tuæ poterunt excellentiæ viva voce referre, quos merito suæ probitatis & fidei tibi reddimus commendatos. Datum Laterani 11. Non. Novembris, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*I O H A N N I I L L V S T R I
Anglorum Regi, ejusque de sua uxore
liberis hereditibus in perpetuum.*

Rex Regum & Dominus dominium Iesu Christus, Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, ita regnum & sacerdotium in Ecclesia stabilivit ut sacerdotiale sit regnum & sacerdotium sit regale, sicut in epistola Petrus & Moyses in lege testantur, unum præficiens universis, quem suum in terris vicarium ordinavit; ut sicut ei electur omne genu celestium, terrestrium, & etiam inferorum, ita illi omnes obdiant & intendant, ut sit unum ovile & unus pastor. Hunc itaque Reges seculi propter Deum adeo venerantur ut non reputent se rite regnare nisi studeant ei devote servire. Quod tu, fili carissime, prudenter attendens, illo misericorditer inspirante in cuius manus sunt corda Regum, & quo voluntur verrit illa, te ipsum & regna tua etiam temporaliter ei subictere decrevisti cui noveras spiritualiter esse subjecta; ut in unam vicarij Christi personam, quasi corpus & anima, regnum & sacerdotium uniantur ad magnum utriusque commodum & augmentum. Ille utique hoc dignatus est operari qui cùm sit alpha & omega, finem retulit ad principium, & principium protractit ad finem; ut illa provinciæ quæ olim sacrosanctam Romanam Ecclesiam propriam in spiritualibus habuere magistrum, nunc etiam in temporalibus dominum habeant specialem. Tu quippe, quem Deus ad hoc idoneum ministrum elegit, ramte quam etiam regna tua, Anglia videlicet & Hibernia, cum omni jure ac pertinentiis suis devota & sponte-

*Epiſt. III.
Ejusdem argumenti cum epिſtola 79.*

nea voluntate ac communi consilio Baro-
num tuorum Deo & sanctis Apostolis ejus
Petro & Paulo sanctaque Romane Eccle-
sie nobisque ac successoribus nostris in jus
& proprietatem sub anno mille marcha-
rum censu offerent concessi, sicut in

da pace inter carissimum in Christo filium
nostrum Iohannem Anglorum Regem il-
lustrem & Ecclesiam Anglicanam hoc in-
ter cetera continetur expressum, quod
idem Rex veram pacem & plenam secu-
ritatem praestabit venerabilibus viris Ste-
phano Cantuariensi Archiepiscopo, Wil-
lemo Londonensi, Eustachio Eliensi,
Aegidio Herefordensi, Iocelino Batho-
nensi, & Huberto Lincolnensi Episcopis,
Priori quoque ac monachis Cantuariensi-
bus, & Roberto filio Waltheri, ac Eusta-
chio de Vesel, necnon ceteris clericis ac
laicis hoc negotium contingentibus, pra-
stante simul coram Legato vel delegato
nostro publicè juramentum quod ipsos
cum suis nec ledet nec ledi faciet vel per-
mitte in personis vel rebus, eisque om-
nenm indignationem dimittet, & in gratiam
suam eosdem recipiet ac bona fide tenebit,
quodque praefatos Archiepiscopum & E-
piscopos non impedit nec faciet aut per-
mitte aliquatenus impediri quod minus ipsi
liberè suum exequantur officium & plena
sua iurisdictionis auctoritate, prout de-
bent, utantur, & super iis tam nobis quam
ipsi Archiepiscopo & singulis Episcopis
suis patentes litteras exhibebit, faciens ab
Episcopis & Comitibus ac Baronibus suis,
quot & quos praefati Archiepiscopus &
Episcopi postulaverint, juramenta & eo-
rum patentes litteras exhiberi quod ipsi
bona fide studebunt ut haec pax & securitas
firmiter obseretur, & si forte, quod Deus
avertat, idem Rex per se ipsum vel alios
contrafererit, ipsi pro Ecclesia contra vi-
olatores securitatis & pacis mandatis aposto-
licis inhærebant, ac dictus Rex perpetuo
custodiā vacantium Ecclesiarum amitterat.
Sanè intelleximus vos pro praescripta secu-
ritate ac pace iurasse vestrasque patentes
litteras tradidisse. Vnde per apostolica vo-
bis scripta mandamus quatenus ad consum-
mandam & conservandam formam ejus-
dem securitatis & pacis diligens studium
impendatis & operam efficacem. Ne quis
autem ex hujus vinculo cautionis occasione
assumat contra praefatum Regem aliquam
turbationis materiam sulcitandi, cum
per eam sic illis ad necessariam securitatem
& pacem velimus esse provisum quod isti
ad gravamen indebitum vel incommodum
non redundet, praesentium vobis auctori-
tate præcipimus quatenus si quid forsitan
emergerit quod contra praescriptam securi-
tatem & pacem facere proponatur, non
antè cuiusquam instinctu adversus eundem
Regem aliquatenus moveamini quam con-

* To. u. Spie-
kij Dachtoriani
pag. 574. addi-
tio, aurea bul-
la annata

* In privilegio,
autem bullâ
annata

JOHANNES Dei gratia Rex Anglie,
Dominus Hibernie, Dux Normanie & Aqui-
taniae, Comes Andegavie, omnibus Christi
fidelibus praesentem chartam inspecturis salu-
tem. Universitatì vestre per hanc chartam
nostram sigillo nostro manuam volumus esse
notum quia cum Deum & matrem nostram
sanctam Ecclesiam offenderimus in multis &
ut saprà ep̄. 77. Nos autem oblationem
& concessionem hujusmodi piè ac provi-
de factas gratas & ratas habentes, perso-
nam tuam & personas heredum tuorum
cum predictis regnis & pertinentiis eorum
dem & omnibus bonis alis rationabiliter
nunc possessis & in posterum possidendiis
sub beati Petri & nostra protectione susci-
pimus, tibi & ipsis secundum prescriptam
formam de communi consilio fratrum no-
strorum supradicta regna concedentes in
feudum & praesenti privilegio confirmans
ita quod quilibet heredum tuorum,
cum regni coronam accepit, feudum
hujusmodi summō Pontifici & Romane
Ecclesia publicè recognoscat, & eis fide-
litatis exhibeat juramentum. Nulli ergo
omnino hominum licet hanc paginam
nostra concessionis & confirmationis in-
fringere vel ei ausu temerario contrarie.
Si quis autem &c. usque incursum.
Da-
tum Laterani per manum Rainaldi Aco-
lythi & Capellani Domini Innocentij III.
Papæ 11. Non. Novembri, Indictione
secunda, incarnationis dominice anno
millesimo ducentesimo decimotertio, pon-
tificatus vero ejusdem Domini Innocentij
anno sextodecimo.

DUBLINENSI ARCHIEPISCOPO,
& Norwicensi & Wintonensi Episcopis,
& nobilibus viris Guillermo Saresberiensi,
G. filio Petri Essexie, R. Bolonia, R.
Ceftria, W. Vuattannie, W. Mare-
callo Pambracie, R. li Bigot Norfolke,
W. Arundelli, Guillermo de Ferr. & Sa-
cro Wintonie Comitibus, & R. filio Ro-
geri, W. Brigerte, R. de Ros, G. filio
Raufredi, R. de Mortuomari, P. filio
Heberti, & W. de Albiniaco.

Bijst. 132.
De eadem re.

IN forma concordia qua cum multa
deliberatione providimus proreforman-
Tom. II.

K K k k ij